



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 13. Pelagius ad S. Demetriadem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Saeculum V.
A. C. 413.

§. XIII.

Pelagius ad S. Demetriadem.

App. to. 2. Pelagius quoque, qui ea tempestate
Aug. ep. 17. Palæstina versabatur, longam ad
al. 142. ap. Demetriadem scripsit epistolam, seu ma-
Hier. ep. 1. gis librum, quem habemus; est id sci-
to. 9. ptum inter prima, in quibus suam hære-
sin prodidit. In exordio dicit, non posse
se a quoquam temeritatis inculari, cum
ideo tantum assumpserit calamum, ut ac-
ceptis litteris, & instantissimis precibus
6. 1. Matris ejus faceret fatis. Tum materiam
delibans, ait; se, quotiescunque Doctri-
nam, ad mores spectantem, cuiquam tra-
deret, initium semper ducere ab eo, ut
ostenderet, quantæ sint naturæ humanæ
vires, atque ita Discipulis animos addo-
6. 3. ret, & spem ad perfectionem pervenien-
di. Subdit; Naturæ humanæ Dignita-
tem in libero arbitrio principaliter con-
sistere, quod Deus homini dedit, ut boni,
& mali capax, naturaliter unum posset,
& alterum, suamque voluntatem ad
unum, vel alterum converteret. Affert
exemplum Philosophorum, in quibus
plures viguisse virtutes agnoscit, & pro-
sequitur: unde, obsecro! hominibus, a
Deo remotis, tot dotes advenere, Deo gra-
tæ? unde ipsis hæc bona, nisi a Bonitate
Naturæ? si vero homines sine Deo docu-
menta dant, quales a Deo creati sint, inde
inferte,

inferte, quid Christiani possint, quorum natura, & vita in melius reparata, & qui etiam Divinae Gratiae auxilio adjuvantur?

De lege naturali multa differit, quam
existere probat ex bonae, & malae con-
scientiae effectibus. Deinde Sanctos re-
censet, qui sub hac sola lege vixerunt, ab
Abel usque ad Joseph, & Job, qui, in-
quit: *occultas naturae divitias in lucem*
protraxit, & suo exemplo docuit, quid
nos omnes possimus. Vim liberi arbitrii
extollit, ut peccatum soli voluntati, non
vero naturae vitio tribuamus. Dicit,
aquali modo liberi arbitrii effectum fu-
isse, quod Adam e paradiso ejectus, &
Henoc ex hoc mundo raptus fuerit. Ni-
hil aliud bene faciendi difficultatem in
nobis causare, quam longum vitiorum ha-
bitum, quibus ab infantia infecti sumus,
& quasi in naturam transierunt. Con-
cludit, dicendo, si Sancti extiterunt, an-
te legem, & Adventum Salvatoris, omni-
no esse credendum, nos longe perfectio-
res existere posse, per gratiam Jesu Chri-
sti confirmatos, suo mundatos sanguine,
& ejus exemplo ad perfectionem excita-
tos. Postea speciatim de moribus Vir-
ginis Christianae tractat, & optima tradit
praecepta, at dum in homine bonae vo-
luntatis prerogativam laudat, ad Deme-
triam hanc verba scribit memorabilia:

Hic

c. 4.

c. 5.

c. 6.

c. 7. 8.

Pelagius.

c. 9. 10.

Sæculum V. *Hic in te dotes inveniuntur, propter quas*
A.C. 413. *jure merito super alias æstimeris; nam*

6. 11. *nobilitatem sanguinis, & opes terrestres non a te, sed a Parentibus habes, verum enimvero divitias Spirituales nemo, nisi tu ipsa, tibi dare potest. Ergo in hoc seculo vere laudabilis es, & cæteris præferri digna, quod tantummodo a te, & in te existere potest. Nullibi alias Pelagius errorem suum magis quam in his verbis*

6. 16. *aperit. Inferius in eos insurgit, quibus aliqua Dei præcepta difficilia videntur; nemo, inquit: quantæ sint vires nostræ melius perspicit, quam qui eas nobis dedit. Justitiæ amantissimus est; ergo nullam rem impossibilem nobis præcepit; optimus est; ergo hominem propter mala, quæ vitare*

6. 17. in fin. *non potuit, non damnat. Dicit etiam; qui diuturno peccandi habitu bonam naturam quasi suffocarunt, per poenitentiam restitui possunt, & mutata voluntate, malum habitum habitu meliori expellere.*
6. 25. *Rursus in Textum aliquem S. Jacobi ostendit; quomodo nos Dæmoni resistere oporteat; si nempe Deo subjiciamur, voluntatem ejus adimpleamus, ut Gratiâ ejus mereamur, & facilius Spiritui maligno per auxilium Spiritus S. resistamus. Nihilominus Pelagius in pluribus locis hujus scripti orationem ad Deum commendat.*